

Fo.

XCIII.

sonos: naribus odores: palato saporos: manibus aspa vel leuia sentire potest. Est et mutabilis. Omne enim quod meliorat et peiorat mutabile est: sicut aia vicijs peiorat: virtutibus meliorat: igitur mutabilis est. Est etiam illocalis. Omne enim quod loco includitur: altitudine: latitudine: longitudine aeris circumscribitur: corpus est. Sed ratio docuit aiaz incorporeas esse. i. nec corpus nec aliquid membrum habere: igitur potest esse illocalis. non enim spatium aeris vel corpus occupat. nec corpus vel aqua vel terra implet: sed vel calor toto igni illocaliter est: ita aia totum corpus illocaliter implet. Igitur nis quod est visibilis: sed calor invisibilis et sensibilis et quodammodo igne vivificans: ita aia invisibilis: sed sensibilis visibile corpus quodammodo occulta vi sensibilis et vivificat. Nec est quod passibilis. Omne enim quod merore afficitur passibile est: sed aia dum sue voluntatis compositio non efficitur: dolore tristitia afficitur: igitur passibilis esse potest. Ab hac certitas excluditur: dum nec altitudine et latitudine aut longitudine metitur: nec sex circumstantias. scilicet ante et retro: deorsum et sursum: deorsum et seorsum includere potest. Dualitas etiam forme vel coloris ab hac seceratur. dum nulla forma vel humani corporis vel ullius colorate rei illi ascribitur. Nec est memorialis: quia preterita recollit. Est etiam rationalis: quia presentia discernit. Est intellectualis: quia futura intelligit. Hanc immortalis hunc esse constat quia memoriam sui apud posteros penitus dura relaborat. Angelus autem spiritus est substantia incorporea: invisibilis: sensibilis: rationalis: intellectualis: immortalis: bonorum lucida et impassibilis: malorum tenebra et passibilis. Sed videndum utrum aliquid substantia talis in rebus creatis esse credatur: cum a nobis minime videatur Angelos esse ipsa insensibilia probantur tam certam sui more legem observant. Omne quod potest moveri: aut motum a se habet: aut aliquid. Sed omne quod motum a se habet est sensibilis vel aia: quod aliud est insensibile vel corpus. Sed si sol luna et sidera per se moventur: sensu vel ratione vigere videntur. quia certa tempora tam certam celi spatia custodiunt: et quodammodo sui intellectum huic mundo lumine vel significatione innuntiant. Sed quod ea rationalia vel saltem sensibilia corpora arbitrantur: iure sensu carere in rationabilia computant. Quia autem se sine

corpora visibilia: sed motu carere reputa insensibilia et non moventur: constat profecto quod aliud moventur. Restat igitur ea per angelica mysteria moveri. sicut veteros pluvias gradines fulgura tonitrua tempestates auras insu dei per illos regi. Qui dubitat: et ea sensibilia putat. hunc ratio stultum cum insensibilibus probat. Hinc quoque aialia visibilia humanis per illos obsecundare vel adversari quod non creditur: aut illa rationale per intellectum hec facere creditur: longe a ratione recedunt. Sed et contra quod in rebus insensibilibus vel creaturis sensibilibus generum per illos administrari. quod ambigitur multum a luce veritatis desipit. Igitur potest angelos se esse: et contra nobis presentia nosse: sed hoc differt inter illos et nostram scientiam: quia ipsi omnes causas rerum antequam eveniant presentium. nos autem vix et cum magno labore investigamus eas: postquam res in actu constat. Porro summus spiritus sic a nullo intellectu valet proprie cogitari: ita nulla diffinitione poterit proprie de terminari. Sed quia intellectualis mens cum vtriusque agnoscere anhelat: hec enigmatica diffinitio ei iterum sufficiat. De spiritu est essentia invisibilis: omni creature incomprehensibilis: tota vita: tota sapientia: tota eternitate simul essentialiter possidens: vel ipsa vita. ipsa sapientia: ipsa veritas: ipsa iustitia: ipsa eternitas existens. omnem creaturam istarum preterita in se continens. Si autem aliquis insipienter non desipiat ut deum esse diffidat: hunc solum se esse: et alia omnia ab ipso habere esse hac ratione colligat. Vis substantia aut per se subsistit: aut per aliud: sed hunc mundum non subsistere quod preterit: hic factus in nihilum redit. Dum autem non per se subsistere potest: dum cum ratio cepisse doceat: preteritum potest. Omne autem quod vivit vel in presentia resoluitur: ab alio vtriusque conjunctione vel resolutione patitur. Mundus ergo non per se subsistit et ideo sequitur quod creatura sit. Creatura autem ad aliquid. scilicet ad creatorem refertur. Solus ergo creator per seipsum et in seipso existit. omnia autem creatura per ipsum subsistit. Si enim ab alio esse habet: tunc deo maior est: quod si habet: quod deo inconueniens est. Et cum nihil preteritum et creaturam existat: si deus per seipsum non habet esse: necessitate sequitur vel per creaturam existat: quod inconuenientissimum est. Amplius substantia mundi in diversa genera et in differentes species dividitur: et in his singulis bonum

deus est